UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Norbertus Epis. S. Gudvvalus Erem. S. Candida & Paulina M. 6. Iunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. S. Norbertus è Colon. Diæceſi exortum Eccleſiæ ſidus, abdicatis Eccleſiaſticis proventibus ad convertendos proximos ſe totum contulit, in quem finem etiam ſacrum ordinem præmonſtratenſem conſtituit, in quo Spiritus eius perpetuo operaretur, deniq; plenus bonorum operum Archiepiſcopus Magdeburgenſis creatu deceſſit A. 1134. Sacra eius oſſa vrbi illi quoad in ea manſere ſaluti fuerunt, ablatis exitium intravit.

2. S Gudvvalus Epiſcopatu abdicato in Britannia, virorum pene 200. pater ſpiritualis evaſit, virga ſua mari exæſtuanti potenter limitem conſtituit, quem obſervavit, floruit circa A. 650.

3. SS. Candida & F. eius Paulina opera S. Petri exarciſtæ ad fidem converſæ poſt Artemium illius maritum huius patrem coronatum in cryptam depulſæ lapidibus obrutæ fuerunt.

S. Norbertus Epiſ. S. Gudwalus Erem. S. Candida & Paulina M. 6. Iunij.

Amor æternorum.

Hæc quiſque diligat, quod invito auferri non poſſit. Auguſt.

Deus qui B. Norbertum Conf. tuum atque Pont. verbi tui præconem eximium effeciſti, & per eum Eccleſiam tuam nova prole fæcundaſti, præſta quæſumus ut ejuſdem (& S Guduallis SS. Candidæ & Paulinæ) ſuffragantibus meritis quod ore & opere docuit, te adjuvante exercere valeamus Per D. N. &c.

Ora pro Ordinibus Relig.